



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniae, 1657

§. 222. Et post quàm venerunt in locum qui vocatur Calvaria v. 33.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

iplos alloquantur, in palam; subducunt sese, subterfugiant. Ecce hoc naturaliter faciunt homines, quomodo igitur natura illa, honorem suum jubere tenens, cum latronibus, cum nequam istis ambulaverit, qui que ex se zelimet. Fuisset Domino solatium, solitariè duci; sed cum talibus duci, revere erat dolor, cor conscindens; istum tamen dolorem propter nos (Ecce propter nos) suscepit, & uti calicem bibit.

Domine Iesu fortiter occidisti in te superbiam meam, & renacitatem honoris indebiti, perdendo honorem tibi maximè debitum. Da ut cum in sancto Sacramento suscepero te, de te fiam humilis corde, & de te uti de vite vera traham humorè virtutum, tibi laus & gloria in sæcula. Amen.

§. 222. *Et postquam venerunt in locum qui vocatur Calvaria. v. 33.*

Locus iste in quem venerunt cum Christo Iudæi, olim vocatus est Mons Moria, in qua præceperat Dominus Abraham offerre filium suum, in quo & ligna præparaverat holocausti, & filium suum unigenitum ex obedientia sua posuerat, jam jam decollandum proprio gladio & manibus nisi Angelus Domini ictum cohibuisset voce cœlesti interceptum. Ille tamen locus à Calvaria Adami (qui ut gravissimi Patres tradunt) ex antiquissima traditione ibi sepultus erat, sive à Calvitie petrosa, sive à mortuorum animalium & hominum istuc educi solitorum, ossibus aggregatis & spatis, nomen nactus in nullo tunc erat honore, cū eo Dominus ductus est.

Verè, Fratres, non cōgrue creditur, quia erectus sit medicus, ubi jacebat agrotus, & dignum erat, ut ibi ceciderat humana superbia, ibi se inclinaret de vina misericordia, & sanguis ille pretiosus etiā corporaliter pulverè antiqui peccatoris, dum dignatur stillando contingere, redimisse credatur, ait belle S. Augustinus & ego cum ipso. Pro quo beneficio etiam ex corde gratias divinæ majestati ago.

§. 223. *Ibi Crucifixerunt eum. v. 27.*

In monte scilicet Calvariæ inter occidentem & septentrionem medio circiter atque urbi Hierosolymæ adjacente loco affixerunt eum cruci isti, qui Cruces & patibula promeruerant omnia. Cruci duo brachia habenti & malum seu truncum. Ad hanc Crucem alluisse Apostolos ad Eph. 3. cap. dicens, *ut possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas & profundum*, in latitudine brachia, in longitudine truncum considerant, & denique firmam in sublimitate & profunditate, quomodo autem affixus seriem Christus Beatissima Brigitta ita contestata est. l. 7. c. 15. ut ipsa refert: *Ad montem Calvaria dum essem in ætissima plorans vidi Dominum nudum & flagellatum, ductum per Iudeos ad crucifigendum: qui diligenter ab eis custodiebatur, vidique tunc foramen quoddam excisum in monte & Crucifixerunt*